

* P * V * I * S *

* 1 * 6 * 2 * 4 *



- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennenezeri
- II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
- III. Versus de Christo recens nato Joachimi Flemingi
- IV. Lessius Casareus Cyriaci Herdesiani sup obitum Rudolphi Imperatoris
- V. Soteria Dn. Johanni Georgio Saxonum Duci Academiae Wittebergensis.
- VI. Votivus applausus Dn. Hug: Principi Anhaltino administrationem principatus Cisalpinii suscipienti Frederici Theodori Gorlicio
- VII. Theophrastus Epigramma ad Dn. Augustum Principem Anhaltinum Thomazij causa servestanae ierusalem M. Petri a Jena.
- X. Epithalamium Marci Frederici Wendelii ad Dn. Augustum Ducem Brunovicensium.
- II. Epithalamium ad eundem principem Jani Cremeri.
- III. Ecloga Gregorij Bersmanni Rudolpho Principi Anhaltino sponso scripta.
- XI. Theophrastus Epigramma ad Rudolpho Princ: Anhaltino scripta à Collegis Scholae Servestanae.
- XII. Epicedium in obitum Dn. Rudolphi Princ: Anhaltini Abrahami Cremeri.
- XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
- XIV. Querele Saravictoris et Biomeae.
- XV. Gregorij Bersmanni in pontem sablicium Desuanssem Carmen Epigrammatum.
- XVI. Joachimi Flemingi Piculum Scholasticum.
- XVII. Abrahami Vrici Diagrapha Laboris Scholastici.
- XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio imposita.
- XIX. Typus Depositionis Scholasticae Frederici Widebrami
- X. Bulla Amuleti M. Bloey.
- CI. Ida honoribus Dn. Danielis Burchardi Dn. Johannis Christophori Hartmanni. Dn. Philippi Meudligeri. Dn. Matthaei Coleri Doctorem scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magistratum cultum pronuntiata.
- XXIII. Epigrammatum Cerevisiae Servestanae Danielis Burchkriegeri.
- XXIV. Desortatio à Callemnys
- XXV. Germania ad Principem epistola Ad: Martino Prætorio.
- XXVI. Votum Scholae Veraliensis
- XXVII. Theophrastus Epigramma ad Dn. Johannem Stunium.
- XXVIII. In honorem Magistrum Dn. Johannem Gualtero
- XXIX. Trizinta Jeverum M. Christiani Galli Italio-Saxonis.
- XXX. Adami Forweroy Frederici Stessenis Ernesti Wulstorgij.
- XXXI. Eorundem
- XXXII. Juvenum 37. M. Theophili Carisberi
- XXXIII. Johannis Cremeri.
- XXXIV. In honorem Notarii Valerij ni Gelani.
- XXXV. Strena anagrammatum quadrifida Christophori Heroldi.
- XXXVI. In nuptias Dn. Wolfgangi Amlingi 4. V. D.
- XXXVII. Eiusdem Johanni Amlingi Nicolai May.



24 XXIV.
STENTORIBUS

INVIDIS, AVDACIBVS, MA-
LEVOLIS ET CALUMNIATORI-
BUS UBIQVE IMPUDENTISSIMIS,
paulò pòst Anticyras navigaturis, ut capita hel-
leboro purgent: ne in posterum tam furenter a-
gant, nec tam inhumaniter in nomen,
in famam, in scripta electorum
DEI involent,

*Salutem plurimam & mentem melio-
rem precatur*

HAC MEUS ARBORE
RAMIS.



ANNO M. DC. XVI.



E Gregiam verò laudem, & spolia ampla tulistis
Fulminibus, perversi homines, & scommate
linguae

Mendacis vestrae: si turpia forte merentur

In servos Christi sinceros iurgia laudem:

Quae vobis permagna fluunt, scurrilibus ausis:

Dum vos publicitus, contra fas omne, Deiq;

Contra praescriptum, damnatis dogmata sana.

Quid furiis accensi agitis? quid fluctibus irae
Obruitis? quos eripuit de gurgite Averni

Servator Christus, preciosi rore cruoris.

CONSERVUM in primis placidum allatrat iniquè:

Qui, quicquid dicit, scribitve, ex codice sacro

Haurit: & idcirco merito cumulat honorè

CONSERVUS, caput extollens cum laude politum.

Rem miram! auritus vano conamine ASELLUS

Quodq; LEPUS sat agant bellum intentare LEONI!

Abstinet, rogo, vestrum damnare propinquum:

Ne vos corripiat Numen, verboq; potenti

Conficiat. Quid non Verbū & sacra Numina pos-
sunt?

Fronte pudorem inhonestū nunc pro laude feretis:

Si frons

Si frons ulla tamen vobis: quam iurgia vestra
Nullam declarant, alios dum dentibus atris
Mordetis, vulgum mendaci voce gravantes.
Spiritus hic non est Christi, nec spiritus aure
Divine, qui blanda est & mitissima flamma.
Ergo conciliat placidos sub pectore motus.

Dicite, cur vobis non sint sub pectore tales
Motus, Salvator quales Paulusq; requirit?
In promptu causa est: quia, quae jubet arbiter Orci,
Hec facitis, lites horrendaq; bella moventes:
Nec colitis, quibus est in vos permessa potestas:
Nam cum constituunt aliquid quod consonat aequo
Confestim insani obstrepitis cum murmure caeco.

Ast agite d' miseri, vestra haec perpendite facta.
Quod vultis? vos perpetuam ardebitis iram?
Et virus semper vomere atrum vultis ab ore,
In bene promeritos, spargendo semina belli,
Dogmata caelestis cum sunt tractanda salutis?
Perverfi o homines! sic non caelestia vobis
Sunt cura: verum teritis clamoribus horas.
Sed quid opus multis? vos versuti arte Draconis
Ignarum capitis populum, impletisq; veneno.
Et tales semper mundus miratur, amatq;
Doctores, Lignu, Stipulas, Tribulosq; sequentes.

A ij

O res

Ores ò lacrymis & luctu digna perenni!
Hic proceres vigilate: hinc hinc advertite mentē:
Hos vitate lupos: & diras pellite pestes:
Impuro quamvis REPROBUS quis grunniat ore.
Sed satis est. O Christe imo Te corde precamur:
Des nobis requiem: RABIES ne fulminet armis,
Flecte Sacerdotum mentes Spirabilis Aura:
Errore implicitos cœlestis lumine verbi
Illustra. VERUM dio sub munere Pacis
Stabit in æternum sic, æternumq; manebit.

VALETE STENTORES:

LEGITE:
AUSCULTATE:
INTELLIGITE:
RESIPISCITE:

quia

DEVS VERÈ AGIT CAUSAM.

Id 4206
g

ULB Halle

3

004 167 287



f
56

Sik. 18 u. 25 nicht in PICA,
da Hschr. +90


8-14

24 VD 17

100-By
Jul. 01

M







XIV.
BUS

CIBVS, MA
IMNIATORI-
ENTISSIMIS,
uris, ut capita hel-
im tam furenter a-
ter in nomen,
electorum

t,
mentem melio-
ur

BORE



C. XVI.